



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 14. Bessarionis Nicæni oratio in unionis negotio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV. minino vias, per quas unionis negotium
A.C. 1439. ad felicem exitum perduci valeret.

§. XIV.

*Bessarionis Nicæni Oratio in unionis
negotio.*

Eadem Florentinæ Synodi acta nobis exhibent satis prolixam Bessarionis Nicæni orationem. Hic ob assiduum conficiendæ pacis studium summam illorum, quibus dissensionem fovere præcepit, in se concitabat invidiam, ac propterea in Italia remanere cogebatur, tamen postea sacro Cardinalium Collegio adscriptus, eximio eruditionis suæ, prudentiæ, pietatisque splendore purpuram plurimum illustravit. In hac sua oratione Latinorum dogma de processione Spiritus Sancti defendit, & quidem schismatis causas exponit docens, quod *tametsi ante Generale Concilium aliqua Græcis de sua a Latinis divisione excusatio fuisset, nunc tamen jam celebrato Concilio Oecumenico, non possint ipsi absque scelere dividi ab eis, nisi illos a veritate deviare probarent.* II. Ostendit, quod necessario *Sancti Doctores tum Occidentales, tum Orientales invicem debeant esse concordēs.* III. Declarat, quod *quamvis nulla omnino sit in S. Doctorum dictis contradictio, si tamen aliquid tale saltem apparenter esset, oportet*

*Ibid. p. 391.
Et seq.*

ret eos reducere ad concordiam, cum id sum- Sæcul. XV.
 me necessarium esset ad fidem. IV. Pro- A C 1439.
 bat, quod ad intelligentiam illorum Docto-
 rum, qui obscurius locuti sunt, utendum
 sit illis Patribus, qui apertius & clarius lo-
 quuntur. V. Explicat, qualiter hæ duæ
 præpositiones, *per*, & *ex*, quibus S. Docto-
 res ad exprimendam Processionem Spiri-
 tus Sancti usi sunt, intelligi possint. VI.
 Recenset *Auctoritates sanctorum Doctorum*,
 in quibus Spiritus Sanctus ex Filio pro-
 dire dicitur, quodque non gratia Spiritus
 non subsistens, sed ipsa persona Spiritus di-
 catur profluere a Filio. VII. Demonstrat
 Orientalis Ecclesiæ Patrum cum Occi-
 dentalibus concordiam, & quidem ex
 ipsismet auctoritatibus, quas Latini in
 Congregationibus habitis contra Græcos
 in medium protulerunt. Denique sequi-
 tur *solutio frivola responsionis, qua Græci*
ad auctoritates Occidentalium responde-
runt. Postrema tandem populares suos
 patheticè adhortabatur ad amplectendam
 unionem. Hæc Bessarionis oratio, æ-
 que ac illa Georgii Scholarii fuit oblata
 Græcis, ut omnia maturo examine pon-
 derarent, & tandem proborum desideria,
 ac perfectam utriusque Ecclesiæ unio-
 nem præstolantium vota adimplerent.